



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De Matrimonio sub conditione honesta futuri temporis. §. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

**T**riplex est fuis matrimonij *essentialis*, *accidentalis*, & *extraneous*. *Finis Essentialis* est matua corporum traditio, & radicalis obligatio ad reddendum debitum. *Finis Accidentalis*, sed matrimonij proprias, est lobalem generare *Gen. 1.*, & concupescere remedium habet luxa *Paul. 1. Corinth. 7.* proper sonicationem undeque uxorem suam habebas, & ex quoque suum virum. *Finis Extraneous* est voluntas, diutiae, honor, pax inter consanguineos, &c. *Lape ex matrimonio consecuta*. *Finis Essentialis* seruandus est non solum ut matrimonium licet, sed etiam validè contrahatur, ut diximus hoc *disput. 1. 1.* & tradunt omnes apud *Sanch. lib. 2. disp. 2.* Hoc sine latere virtualiter retento contrahere exprest est ob lobolis generationem, quando apus es generare, nemini dubium esse potest licere, quippe ad hunc finem ab Authorie naturae matrimonium ordinatum est. Contrahere autem ob vitandum fornicationem, quando periculum illius ad est consilium est *Paul. 1. 7.* neque ergo esse finis indebitus, celsante autem potentia ad generalium, & pericolo fornicationis si contrahas ob mutuam obsequiorum communicationem, ex honeste fine contrahis, quippe ad hunc finem matrimonium iustum est.

**2.** Quapropter solum est difficultas de fine extraneo. An ob illum primo, & per se matrimonium contrahere peccatum sit? Affirmant esse mortale *Angel. verbo Matrimonium 2. num. 25. Couar. 2. part. de matr. cap. 1. num. 7.* Sed dura sane sententia, quia non matrimonium querens sacramentum est, sed querens est contractus dirigit ad praedictos fines obtinendos, quod non videat esse nimia inordinatio. Communior tamen sententia est negare esse mortale ad praedictos fines extinsecos contrahere, sed admittit tamen esse veniale peccatum, eo quod in ordinatum si finem secundarium & matrimonio extraneum primò & per se intendere, cum secundariò tantum, & per accidens appetitus esset. *Sic D. Antonin. 3. part. 1. cap. 10. §. 9. Paludan. in 4. disp. 30. quest. 2. art. 2. Sylvest. verb. Matrimonium 4. quis 4. Nauarr. cap. 2. m. 79. Sanch. lib. 2. disput. 29. num. 26. Layman. lib. 1. trat. 10. cap. 4. num. 2. & i.*

**3.** Ceterum distingendum censeo inter fines extrinsecos. Alij enim sunt qui per se honestam moralem continent, quae sunt pax Republica, charitas & amor inter consanguineos, illustris familiæ conseruatio. Alij vero sunt in quibus nulla moralis honestas relinet, ut est voluntas, diutiae, & honor. Si contrahas ob fines moralem honestatem continentis nullum peccatum committis, sed actum virtutis moralis exerces. Quippe tuus illius actiones honestus es, medium, quo ad illum obtinendum vites etiam est honestum, ergo ex nullo capire ea actio virtutis potest. Nam esto illa actio habeat alium finem, seu effectum magis proprium, & præcipuum illum expressè intendere non obligari; satis enim est illum non excludas, ut manifestissimis exemplis probat *Coininch. disput. 5. lib. 2. num. 14. Oculi (inquir) dati sunt primò ad videndum, secundo ad explicando conceptus.* Si igitur nocta occasione oculis vel velis, ut tuus conceptus ex primis nihil de principio fine cogitans, quis dicere peccatum? Idem est de lingua, quæ data est primo conceptus explicando, et tam ab aliis vel peccato vel potes ad cantandum, alii in fine extrinsecum. Atque ita contrahere matrimonium ob pacem aliquam obtinendam, ob fratrem charitatem fouendam, ob familiam illustrem conseruandam licet & honestum est, sicut dixit *Coininch. dicta dispe. 2. 5. lib. 2. cond. num. 13. Basl. Ponce, lib. 1. de matr. cap. 21. num. 13.*

Si ergo ob fines nullam moralem honestatem continentis contrahas est probable sit peccatum veniale committi, eo quod alienum si à rationali natura operari absque fine virtutis, attamen probabilis censeo nullum in presenti adesse peccatum, sicut docuerunt *Basl. & Coininch. suprad.* Monstrar, quia contractus matrimonij per se est actus honestus, tum in ratione contractus, cum ad generaliam problem, vitandum fornicationem, & mutuam obsequiorum communicationem dirigatur tum in ratione sacramentum à Christo instituti ad gratiam conferendam: velle autem obtinere aliquid temporale actu per se honesto in honestum non est: ergo nullum est peccatum velle contrahere matrimonium retinendo illius fines, ut illo contracto vxoris pulchritudine, & dote, copulaque voluntate fruaris, quia eo causa non operari absque fine virtutis, qui in ipso opere intencio imbibitur, quem in executione ipsius operis intendis, cum illum non excludis, desque *Caietan. tom. 1. opus. tract. 12. de marim. quest. 3. Nauarr. cap. 2. num. 79. Couar. 4. decret. 2. part. cap. 1. §. 4. coinch. 7. Sanch. lib. 2. disp. 29. num. 25. Guiterr. cap. 46. num. 7.* affirmant regulariter nullum peccatum committere contrahentem ob vxoris dote & pulchritudinem quia est horum consecutionem medio matrimonio ita expiese intendat, ut nisi haec adessent, non contraheret, at qua fines ipsius operis non excludit horum bonorum consecutio reputari debet non tam finis operis, quam morium, & excitatiuum illius.

## P V N C T Y M XI.

### De matrimonio sub conditione contracto.

**V**b multipli conditione contrahi matrimonium potest. Sub conditione inquam presenti, praeterita & futura, eaque necessaria, contingente, impossibili, turpi, vel honesta, vel contra matrimonij substantiam, pendente à persona voluntate, vel absoluta.

### S. II.

### De conditione honesta temporis praeteriti,

**C**onditio specie tempus presentis, vel praeteritum non infra matrimonium condonabile.

**A**lijs requirit matrimonium contractum sub hac conditione utique contrahenti notam esse ubere, ut matrimonium valeat.

**O**ppositum venius sibi non potest, ut illud 2. dicitur.

**C**ontra dictis, qui sub conditione speciente tempore praeteriti, vel praesens celebratur, propriè non est conditionalis, quia de natura, & effensa conditionis se suspendere auctum utique ad illius enuntiat. **S.** sub conditione, infiniti, de verbis obligationis, ut si conditio praesens est, vel praeterita suspendere auctum non potest, sed potum confundit.

**3.** Solum est difficultas, an requiratur ad valorum matrimonii, quod ea conditio utique contrahenti nota sit. **V. g.** contrahit cum Maria sub conditione quod nobilis sit, quod haberet tantam dotem, quod eius pater obtinuerit tale officia, ignorans autem an de facto ea conditio in re existat? **Eg. Coininch. disput. 29. lib. 1. num. 6.** negat te matrimonium contrahere, quousque agnoscas conditionem appositam esse. Mouetur, quia ad matrimonium necessarium requiritur, ut confessus contrahentium utique notus sit, at qui sub conditione sibi, vel alteri ignota consentit, nec sit, ut vere consentit, vel potius dissentit, siquidem eius dissentens vel contra conditione pendet, cuius existentiam ignorat, equaliter namque apposito conditionis ignorante illi modo contrahenti quo dices, *Accipio te in uxorem, vel Non accipio, ex quoniam dubium esse potest nullum matrimonium contrahere, qui ex illis verbis aequaliter sensus, & dissentens colliguntur sic videtur dicendum in praesenti.*

**3.** Sed rectius *Sanch. lib. 1. disput. 7. & Galo. Horatio disput. 7. difficult. 2. censem praedictum matrimonium ratiōne: nam est nota non sit conditionis existentia, est tamen utique contrahenti notus consensus sub existentia conditionis, nos sub conditionis notitia: non enim ignoramus in matrimonium sub conditione nobilitatis notre, sed sub conditione nobilitatis existentis; ergo consensus utique notus est calo quo nobilitas existit. Secundus est de illa forma contrahendi: *Accipio te in meam, vel Non accipio, quia nec confessum, nec dissentum determinare significant.* Et probat optimè potest ex §. conditions 6. institut. de verbis obligationis, & leg. cum ad 38. de Rebus creditus, ubi dicuntur stipulatione sub conditione rei praeterite nasci obligacionem: tamen contrahentes ignorare appositam esse conditionem, nasci in quam obligationem non solum non consistit de confessum, & expectandi conditionis noticiam: sed etiam nasci obligationem de re stipulata, alia nulla est differencia inter contractus sub conditionibus praeteritis ignoratis ac sub conditionibus contingentibus futuris.*

### S. III.

### De matrimonio sub conditione honesta futuri temporis.

**1.** Si conditio est necessaria non impedit matrimonii valorem.

**2.** Idem est dicendum de conditione contingente infallibiliter futura.

**3.** Secundus de conditione absolute contingente.

**4.** Adveniente conditione matrimonium subsistere ab quo non consensus negant plures.

**5.** Verius est oppositum.

**6.** Fit satis rationibus num. præced. allegatis.

**7.** Quando censeatur impleta conditio, si patet placuerit.

**8.** Satisfit fundamenta secunda sententia num. 4. relata.

**9.** Non arctantur contrahentes ad procurandam conditionem executionem.

**10.** Ibi in locis in quibus Concil. Trid. receptum est, negat *Sanch. Parochum.* Et testes assisterere dare conditionis executionem.

**11.** Contrarium verius existime.

1. **C**onditio honesta futuri temporis alia est necessaria, calia coningens. Si sub conditione necessaria contrahas, eiusque necessariam cognoscas, tametsi Basil. lib. 1, de matrimon. cap. 1. num. 12. censeat suspensi consensum, & matrimonium vsque ad conditionis euenum, verius est oppositum, eo quod predicta conditio non tam ad suspendendum consensum, quam ad eius certitudinem demonstrandam censeri debet apposita, ut recte tradit Henriq. lib. 1. Sanch. lib. 4. disput. 2. num. 6. Rebello. 2. part. de obligat. iuris. lib. 2. quast. 10. num. 3. Egid. de Coninch. disput. 29. dub. num. 8.

2. Idem dicendum est de conditione coatingenti infallibiliter futura, qualis est, si Antichristus venerit, quia ratione sua infallibilitatis reputatur quasi necessaria, ideoque non censeri debet apposita ad suspendendum consensum, sed ad eius certitudinem demonstrandam, vt doceat Sanch. sfrag. & Rebello. num. 14. Neque obest esse nobis incertum, quo die Antichristus venturus sit, ob quam incertitudinem placuit Cosmari. 2. part. cap. 2. §. 2. num. 11. Henriq. lib. 11. de matrimon. cap. 12. num. 4. Basil. Ponce. lib. 3. cap. 1. num. 13. consensum suspensi vsque ad conditionis euenum, qui ut bene Sanch. & Rebello. docent, non contrahis sub hac incertitudine, non enim dicitur te Mariam in coniugio suscipere, si Antichristus invia tale tempus nascatur, sed solum dicens, si Antichristus nascatur, quod certum est & infallibile, & te sic cogitum. Quare non in vi conditionis censeri debent ea rebus positis, sed in demonstrationis & causalitatis, ita ut prevalent hunc sensum, si censetur certum Antichristum venturum esse, sic certum esse visite Mariam suscipere.

3. Si vero sub conditione contingenti, & honesta contractis manus illarum est matrimonium suspensi vsque ad conditionis euenum, quia vsque ad illud tempus non habes animum tradendis copias, ut etiam colligetur expressum ex cap. de illo super eo cap. fin. de conditionib. appositis. & leg. 1. Ep. 3. tit. 4. par. 4.

4. Difficiliora autem est, an adueniente conditione matrimonio subsistat ab ipse novo consensu? Negant Bonavent. in 4. d. 8. quast. 3. Durand. ibidem. quast. 2. ad 1. Sotus in 4. d. 29. quast. 2. art. 1. concl. 3. Henriq. lib. 11. cap. 11. Basil. Ponce. alias relatis, lib. 3. cap. 14. num. 3. Mouentur primò ex eo, super eo de condit. appositis, vbi consentientibus sub conditione futuri temporis dicitur non esse consendum de presenti confidere, neque cogendum ad contrahendum vsque ad conditionis euenum, ergo adueniente conditione cogi debet alia matrimonio non subsistat, cum aliquis consensu de presenti subsistere non possit. Secundò in cap. pertuas, eodem, decidunt talen contractum sponsalium constitutere, ergo non matrimonium.

Predicta sententia adhuc Rofella verb. Matrimonium pnum. 14. Sylvester. eadem 2. num. 13. Victoria. num. 15. & alii, cum matrimonio sub predicta conditione futura celebratur in habitibus V. g. eum consanguinei, aliisque impedimento ligati consubstantia sub conditione, si Pontifex dispensaverit, quia matrimonium constitui non potest alii consensu quam legitimo, consensus vero elicitus ab inhabilitibus illegitimus est.

5. Nihilominus ethi predicta sententia probabilem sine, probabilior est affirmans matrimonium constitui adueniente conditione ab illo novo consensu, ut docuerunt Innocent. cap. fuga eo de condit. appositis, in fine. Abbas. cap. de illis eadem. numero 5. Nauarr. cap. 22. numero 6. & 64. Paludan. in 4. d. 29. quast. 3. art. 1. sub finem. Sanch. alias relatis, lib. 4. disput. 8. num. 5. Egid. Coninch. disput. 29. dub. 1. concl. 3. Ep. 5. Deum rurque ex leg. postor. 11. ff. qui portores in pignore & leg. his venditio. 7. ff. de contrahend. empt. vbi statuum contractum in iunctu sub conditione, ea adueniente firmum, & stabilem reddi, aliquo villa additione. Sed nihil speciale est in matrimonio statuum. Ergo matrimonium sub conditione futura initum ea adueniente firmum est. Et ratio ea est, quia consensus ex parte in matrimonio sub conditione futura, verum consensus de presenti habet, qui si adueniente conditione renouatus non sit, praesens moraliter est, & omnino perfectus, & abolitus. Ergo sufficiens est ad matrimonium constitendum. Quod optimè explicari potest ex modo, quo matrimonium de presenti communiter contrahitur, prius enim suum consensum exprimit vir sub conditione tamen in se imbibita, quod mulier consentiat, quia consensus opus non est, vt vir deinde consenserat, sed eius consensus qui in se conditionalis erat ante mulieris consensum reditur absolutus, & perfectus mulieris consensu adueniente.

6. Neque his obstant opposita sententia fundamenta. Ad primum ex cap. super eo respondeo. Ponit iesum solum definitio ante aduentum conditionis cogendum non esse ad contrahendum, ea vero posita indecimum relinquunt, an cogendum sit contrahere. Addo ibi non tam de contractu, quam de consummatione sermo erat, ad quam adueniente conditione optimè cogi potest. Ad secundum respondeo ex predicto

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Textu in cap. pertuas, nihil colligi: nam ibi mulier allegavit iuuenem secum de praesenti contraxisse; econtra iuuenis dixit solum ponfalia sub beneficio parentis celebrasse. Pontifex vero decidit ob copulam habitam a conditione recessum esse, ac proinde verum matrimonium presumi debere.

7. Quod si roges, Quando censetur impleta ea conditione communiter apponi solita, si pari placuerit; Breviter respondeo, si rogatus pater ita firmiter dissentiat, vt praesumti non possit breve tempus arbitrio prudentis, eius consum obtinendum esse, conditione absolute deficit, secus vero si consensus eius obtineatur intra breve tempus, tametsi rebellis primum exiterit sicut censetur impleta conditione, si Pontifex dispensaverit, tametsi prima & secunda petitione non acqueuerit, si postmodum dispensationem concessit, vt docent Nauarr. cap. 22. num. 61. Petr. de Ledesma. question. 47. articul. 5. dub. 7. Egid. de Coninch. disputat. 29. dub. 2. num. 23. Illud vero certum esse debet, vt tradit Sanch. lib. 5. disput. 7. num. 19. Coninch. disput. 29. dub. 2. num. 29. si pater obiuit conditionem censendam esse impletam, quia specie communi cursu ea conditione solum apponitur, ne matrimonium contra voluntatem patris cedat, nec illum offendat, quod eo mortuo cessat, vt bene Egid. & Sanch. supradicta nota.

8. Ad fundamentum secundæ sententiae nego consensum solum esse illegitimum, quia esto sic censens inhabilium, non tam pro tempore quo inhabiles existunt, sed potius pro tempore quo habiles esse debent, quippe posita dispensatione, & sublativo impedimento omnis inhabilitas tollitur. Quod si virginis illam conditionem, si Pontifex dispensaverit esse impossibilem, & reciendam, ut potest pendente voluntate Princeps iuxta leg. apud Iulianum, alias idem Julianus, 4. §. fin. ff. de legatis? Respondeo id esse verum, quando Princeps non solum dispensationem concedere, secus quando solitus est dispensare tametsi cum difficultate, vt diximus Disput. proced. vbi de sponsa iibus conditionatis sermo habitus est.

9. Procurata autem executionem conditionis, scilicet consensum parentis, vel Pontificis dispensationem nemini & contrahentibus per se incumbit, nisi ad id se specialiter obligaverit, sed solum ei incumbit qui cupit contractum perfici, vt recte Coninch. notauit disput. 29. dub. 2. in fine: expensæ autem virique communes esse debent, quia negotium viriique commune est.

10. Secunda difficultas est, An illis in locis, in quibus Conic. Trident. receperunt est debeat Parochos, & testes non solum conditionato consensu, sed conditionis impletioni assistere? Negat Sanch. lib. 5. disput. 8. num. 24. & affirmat satis esse, si consensu assistant, tametsi conditionis impletioni non assisterint. Mouentur, quia non debent testes, & Parochus plenus de matrimonio testari, sed faci est, si de murco consensu de presenti testentur; vt pater cum matrimonio per procuratorem celebratur, in quo opus non est, quod Parochio, & testibus constet de mandato concessio, neque item cum consanguinei contrahentibus opus est Parochio, & testibus dispensationem ostendere, neque item puberes, de quibus non satis constat, an obtinuerint puberitatem, tenentur Parochio, & testibus probare ergo licet Parochus, & testes conditionis executionem non videant, sufficit si consensu mutuo presentes fuerint, quia illa consensus posita conditione matrimonium constituit.

11. Ceterum verius censeo cum Egid. disput. 29. num. 15. Gaspar Hurtado, disput. 7. de matrimon. difficult. 7. num. 24. debete Parochum, & testes conditionis executioni assistere, alias non assistent matrimonio, quia illa consensus matrimonium non constituit, nisi eo tempore, quo conditione impletur, ergo impletioni conditionis Parochus, & testes presentes non fuerint, nequamquam dici possunt presentes fuisse consensu, quatenus matrimonium constituit, atque adeò nec matrimonio presentes fuisse. Secus vero est in illis exemplis adductis, siquidem posito mandato, dispensatione, & puberitate, tametsi Parochio, & testibus ignota sint, presentes adiungit consensu matrimonium constitutum.

### S. III.

#### De matrimonio sub conditione impossibili contracto.

1. Matrimonium non vitiatur ex conditione impossibili.
2. Subintelligitur de conditione impossibili per naturam.
3. Non de conditionibus impossibilibus perplexitatis.
4. Item non intelligitur de conditionibus impossibilibus ex accidente.
5. Neque de conditionibus impossibilibus de praesenti, nec de praeterito.

12. Certe est omnes contractus excepto matrimonio, & ultimæ voluntatis dispositione nullos esse apposita conditions impossibili, ex §. si impossibilis instit. de

F 3 innit